

EPIGRAMMA AV-
THORIS.

Vix bene de foliis, at fructus nobilis arbor
 Noscitur, & non ex pelle, sed Ungue Leo.
 Vita nec è ficu legitur, neque palmitè grossi,
 Lilia dantque rosa nulla, nec illa rosas.
 Indole quaque sua Natura semina pollent,
 Resque solet patrium cuncta referre genus.
 Haud secus ex propriis apparet **LEGIBVS ORDO,**
 Qui medicas agris porrigit <ro manu:
 Quales arte sua generosior indicet ortus,
 Fama perspicuos edideritque Libros.
 Non odor inde lucri, nec honoris queritur illis
 Ambitus, ingrata est luxuriosa lues:
 Inferuire Dio, nec non mortalibus, una
 Omnibus incumbit cura, leuare malum.
 Fœdera concordè iungunt socialia mente,
 Dogmate & illustri sunt pietate pares.
 Per gratas arcana vices sibi mutua reddunt,
 Natura fuerint quæ patefacta sinu.
 Inuidia non &lla seges, nec litis iniquæ,
 Quæ didicis, socios quisque docere cupit.
 Candor & ingenuus seruat pudor ostia, **VIRTVS**
 Et **VERVM** decorant culmina summa domus.
 Hæc est porticibus schola doctior arte Lycaei
 Aurifera, platanis atque Epicure, tuis.
 Hic cedat meritis Academia magna Platonis,
 Didaque qua celebri nomine Stoa fuit.
 Aurea in hac una remanet Sapiëntia sede,
 Et Charites tantis cunctis dedere Viris.